

P V I S



1 6 0 3

VOTA

Solemnitatibus nuptiarum

*Nobilissimi ac prestantissimi viri***Dn. SIEGFRIIDI AB HOYM**in VVegeleben, &c. Consultissimi viri Dn. CHRISTOPHO-
RI AB HOYM, Diœcesis Halberstadie Camerarij hæredi-
tarij dignissimi, &c. Filij unici, contrahentis matrimo-
nium XVIII. M. Octobris

CVM

Lepidissima ac nobili virgine

CATHARINA VVRAMPEA, *Nobi-*
lissimi viri Dn. CAROLI VVRAMPEN in
Schvvanenbeck & Hordorff, &c. p. m. relicta
filia unica, Sponsa formosissima solen-
*niter prolata***BARNIMO DE STVER PHILOSOPHIAE,**
utr. Medicinæ Doctore, & Mathematico, Weyland Fürst:Braunsch: Durchleuchtigkeit in Niderlanden/ Vnter dem
Loblichen Hoptman Hans Ernst von Pfler etc.
Gefreyten/

Ino in Goslar residierend.

*Sunt excusa Anno Jesu:**CreDaM.*

da.

PLATO LIBRO QVINTO DE
LEGIBVS.



IN CONIVGIO HÆC SIT PRO-
POSITA CONSOLATIO quod oporteat
conservari naturam humanam, liberorum procrea-
tione, ut singuli DEO alios CVLTORES suo loco
substituunt.

EPI.

EPIGRAMMA

Dignitatem & præstantiam bonæ & coronatæ conjugis denudans.

*Pulchra Pharitarum spirantia LILIA odorem,
Pulchra, ferax vivis semper oliva comis.*

Pulchra micans ROSA, purpureis qua nascitur hor-

Pulchra sub Eois GEMMA reperta vadis. (tis,

Pulchra triumphalis virtute parata CORONA,

Pulcher Apollinea partus ab arte NITOR.

Pulcrior est conjunx pia, sint licet omnia pulchra,

LILIA, OLIVA, ROSÆ, GEMMA, CO-

RONA, NITOR.

Bar. de Steur. D.

D. O. M.

Conjugium res grata DEO : fors optima
mundo :

Res bona: fors fœlix: Latij procul ite Papista,

Ite Cuculligeri fratres, tuq; Italis ora

Cede procul, nihil est, sine conjuge ducere vitam,

Infandum scelus est, & dira morte piandum,

A 2

Illici-

Illicitis flammis uri, Veneremq; fovere.

*Nam postquam primum divino Numine patrem
Condiderat cœli RECTOR, non ipse probavit
Hunc ita perpetuum socio sine vivere Lecto:
Vxorem format, quam postea providus ipsi
Connubio junxit stabili, propriamq; dicavit
Cum tales placido solvit de pectore voces:*

*CRESCITE fœlices, fœlici sydere juncti,
CRESCITE, quò numero superetis Lumina cœli,
CRESCITE; quò sobolem totum spargatis in orbem,
CRESCITE replentes numeroso semine terram
Fructiferam: Longam concordēs degite vitam.
Legibus his omnis, molli qui flagrat amore
Subijcitur, quo sint sacri plantaria Templi.*

*Discat nunc igitur Venerem vitare nefandam
Quilibet, & pascat castas sub pectore flammās:
Nam quicumq; cupit thalamos intrare jugales,
Ille bonis, rebusq; idem florebit optimis:*

*Ast contra captum quem ducis fœda libido,
Provocat ille DEVM, fœvasq; incendit ad iras.
Hoc satis ostendunt sacra & gentilia scripta:
Flamma cadens, rapidusq; fragor de culmine cœli,
Extinxit pariter validam Sodomam, atq; Gomor-
Hujus causa fuit veneris damnosa Cupido. (rham,*

A

Anato eijcitur regno Jesseia proles,
Et duras patitur pœnas stupriq; necisq;
Turrisera cladem Troja quis nescit amaram?
Quis Thebas nescit? Sparta quis mœnia nescit?
Quæ penitus bello perière ob facta nefanda.

Roma ferox quondam diras est passa ruinas,
Quæ caput orbis erat, ve sanos propter amores.
Præterea CHRISTVS qui tali in fœdere nasci
Expetijt, nunquam castis dignatur abesse
Sponsis, quod firmum monstrat fore: Numine præsens
Quando novis nuptis bona vini munera donat,
Hoc erat, hoc iterum Divinus comprobat HEROS.

Hoc vos ignavi ventres sanctum esse negatis,
Et magis illicita fœdere libidine mentes.
Gaudetis, pro qua crudeli morte perennes
Supplicij dabitis pœnas Acherontis in unda.

Sed quorsum mea Musa ruis? te collige cœptis,
Nam memorasse sat est, ne quis pia fœdera temnat
Conjugij: Cupiens obscœnam vivere vitam
Sorte caret cuncta, Paradisi spernit Et Hortos.

Hac animo dum sacro HEROS SIG Efride revol-
Mente ferens mandata DEI, promissaq; castis (vis
Addita conjugibus, placido mansuetæ vicissim
Colla jugo subdis, fatisq; volentibus illud:

Conjugij sanctum nomen fœdusq; reposcis.
 VIRGO venit, tecumq; sua tibi dedit a vitæ
 Ducere fata cupit, soli tibi summa CATHRINÆ
 Dona: pudicitiam, mandat mentemq; faventem,
 HANC tu totus amas, totus redamaris ab ILLA.
 Pangite VVeGLEBIA NVPTIS nova carmina
 Musa, (THRINA.
 SPONSVS amatus adest, & adest redamata CA-
 En quem turba VIRVM gemmis auroq; nitentem
 Circumquaq; premit, vultuq; animisq; tuetur,
 Ducitur ad sacram SOCIANDVS legibus adem
 Divinis, Cathara Cathara virtute CATHRINÆ.
 Pangite SVVAMBECIA NVPTIS nova carmina
 Musa, (THRINA,
 SPONSVS amatus adest, & adest redamata CA-
 ELLAM purpureis splendentē vestibus, ELLAM
 Virgineo nitidam cultu, gravitate virili
 Conspiciam, quam turba animis oculisq; tuetur,
 Ducitur ad sacras, annis jam nubilis, edes, (NA
 ILLUstri VIRTUTE UIRO SOCIANDA CATRI-
 Pangite SYLLIFDIM NVPTIS nova carmina
 Musa, (THRINA
 SPONSVS amatus adest, & adest redamata CA-
 ELLOS quos dextris sacro de more Sacerdos
 Ante

Ante Aram inter se junctis devincit AMANTES

Quisquis ades votis sublato ad sydera vultu
Prosequere, & supplex ambobus FAVSTA precare.

Pangite conjunctim NVPTIS nova carmina
Jam liquere aras rauco cava buccina cantu, (Musa,
Æraq; pulsa sonant, tota jocundus in ARCE
Insonat applausus latantis murmur & turba.

Pangite conjunctim NVPTIS nova carmina Mu-
Nunc quoq; me fas est vestris à Pallade jussum sa,
GRATARI tædis, & cantu FAVSTA precari.

Ergo precor mentē TIBI nunc SPONSe inclyte sanā
Conseruet DEVS, & corpus: pax optima Sponsis
Sedibus insideat, vivas cum conjugē felix
Nestoreos annos, sit & indelebile NOME N.

Tu quoq; SPONsa meis non illaudata Camœnis,
Sis longeva, tuæ procedant mitia vitæ

Fata, tui semper SPONSI gaudebis amore,
Illi non animum mitem NATURA negavit,

Non solers pectus, non auri pondera: Gaude,
Præterea GENUS à proavis qui quærit, habebit

Eximia pietate VIROS VIRTUTE, LABORE,
Præstantes GRAVITATE, & amantes pacis a-

Felices nimium quorum PAX mitia fata (mata.
Condecorat, Martis nec bella, nec arma fatigat.

Multa

Multa quidem possem stirpis monumenta referre
 Edoctus scriptis veterū tibi SPONSe SIFRIDE,
 Ast ea pratero, doctorum hac Scripta virorum
 Expedient verè tibi, magnus Episcopus Haymo,
 Haymo salutandus: venerandus Episcopus Haymo
 Dicet id, at cantrix hic me subsistere iussit
 Musa: pijs Haymo TV Musis ocia prestas,
 Hospitioq; foves doctos, studijsq; vacantes
 Ingenuis nutris, nec parcè alimenta ministras,
 Quid mite ingenium narrem? quid nobile pectus,
 Humanumq; suos erga? pietatis amorem
 Implantatum animo? Vita moresq; probatos?
 VIUTE CONcordes & constet amabilis ardor,
 Dum sunt Astra polo, donec manet equore piscis,
 Aère dum volucris, sylvis fera seua vagatur.
 Actandem sitis fœlici prole beati,
 Hoc precor, hoc optant devota mente VOCATI
 CONviva, quorum non vult DEVS irrita VOTA.
 CONjugium nam grata DEO res, optima Mundo est
 CONjugij cantu tollemus ad athera NOMEN.

DIXI ANNO,

SanCte ReDeMptor.

Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

LXXVI.

75

VOTA

Solemnitatibus nuptiarum

Cobilissimi ac prestantissimi viri

EGFRIDI AB HOYM

ben, &c. Consultissimi viri Dn. CHRISTOPHO-
YM, Diocesis Halberstadie Cameraris hæredi-
tissimi, &c. Filij unici, contrahentis matrimo-
nium XVIII. M. Octobris

CVM

Lepidissima ac nobili virgine

MARINA VVRAMPEA, Nobis-

Dn. CAROLI VVRAMPEN in

enbeck & Hordorff, &c. p. m. relicta

a unica, Sponsa formosissima solen-

niter prolata

A

IO DE STVER PHILOSOPHIAE,

nae Doctore, & Mathematico, Weyland Fürst:

Durchleuchtigkeit in Niderlanden/ Vnter dem

hen Hoptman Hans Ernst von Bfler etc.

Gefreyten/

Ino zu Goslar residierend.

Sunt excusa Anno Jesu:

CreDaM.

da.

89